 prodesse nec ledere, De quo dñs dixit, Qui comedit carnẽ meã et bi-
 bit sanguinem meũ viuũt in eternũ, Cũq; voluerint hunc celare
 languorẽ etiam cõuicti impudẽtẽ negant et hec alios sapientes q̄
 ip̄i animo retinent p̄orsus abdicant, Litiũs itaq; p̄sul meli-
 ciensis ecclesie diuino zelo decenter ornatũ ; videns eo q; hic languor
 multa monasteria magis aut̄ latronũ licita dixerint speluncas in-
 uaderet ; eas incendit et lupos ab ouib; segregauit, Similiẽ et am-
 philochius famosissimus licaonensis antistes dũ hec pestis illic cre-
 sceret eã valde cõpressit ; et oues que tali contagione vexabantur
 eripuit, Porro flauianũ obiq; laudabilis p̄sul antiochenus au-
 diens hos medissa degere et venenũ p̄rium vrbibus vicinis asper-
 gere ; turbã dirigens monachorũ deduxit ad antiochiam et negãtes
 eam pestem hoc modo redarguit, Accusatores itaq; dixit calummio-
 sos esse testes vero mẽdaces, Asclepidiũ valde senem cũ mansuetu-
 dine vocãs et iuxta sedere p̄cipiens ait, Nos o senior qui iã magnã

partē vite transuim? ; humanamq; didicimus valde naturam et
aduersariorum demoniorum machinamenta cognouimus ipso ex:
perimēto gratie ministracōis edocti sum?. Isti vero cū sint iuuenes
nichil horū pfectius agnoscentes spiritalia audire verba nō poterāt
Qua ppter dicitō michi quomō credens spiritum contrariū recedere
et gratia sancti spiritus aduenire? His verbis senex ille multatus.
omne venenū qđ celabat euomuit. atq; dixit, Nullam quidē utilita:
tem ex sancto baptisinate baptizatis accedere s; per solam studiosam
orationē inhabitantē demonē effugare, Dicebat insup vnū quēq;
nascētū a pgenitore suo sicuti naturā sic etiam demonum trahere
famulatū ; Et his expulsis per illam orationē studiosam sc̄m spiri:
tum aduenire et sensibiliter ac visibiliter sua designare presentiam
atq; corp? passionis motus cuiuslibet eripere ; et animā a mala vo:
luntate penitus liberare, Ita ut nequaquā de cetero egeat neq; ieiū:
nio macerante corp? neq; doctrina refrenante et p̄gredi disciplina
libenter edocente, Non solum autē qui hoc impetrauerit corporis in:
quit exultationib; liberat; s; aperte etiā futura p̄uidet et sanctam tri:
nitatē oculis cernit, Hunc itaq; flauian? fetidissimū effodiēs fontē
et eius pocula cunctis examinanda p̄ducens ; infelicissimo ait seni
Vetustissime malorū dierū ; increpauit te os tuū et non ego, Labia
enim tua testantur aduersum te, Cūq; hic languor cunctis inno:
tuisset ; de siria quidem expulsi et ad pamphiliā sunt progressi. eāq;
huiusmodi peste cōpleuerunt. Ca. xij. Sozomenus,
Situr valentinian? cum ita saperet sicut niceni patres. similia pro:
fidentibus p̄derat ; aliter vero sapientib; non erat importun?, Qui
dum in inicio regni de vrbe constantinopolitana per thacias p̄pe:
raret. ad romā ; tunc episcopi bellesponti bithinie et quicūq; con:
substantialem patrem ac filiū predicabant legatū miserunt hipaci:
anum heracie perinthij presulem quatenus dignaret ad emendati:
onē dogmatis inter esse, Is cum adisset imperatorē. et episcopoz le:
gationem intinasset ; respondens valentinian? ait, Michi quidem
cum minimus de populo sim. fas non est talia perscrutari ; verum
sacerdotes quib; hec cura est apud semetipos congregentur vbi vo:
luerint, Cū hec itaq; respondisset princeps in lamsacū ouenerūt
episcopi, Cūq; duob; tractassent mensib; nouissime decreuerunt

ut ea que constantinopolim gesta fuerant studio eudoxij et acacij
 vacuaret. Similiter aut ut vacuaret etiam expositio fidei qua velut
 occidentalium episcoporum proferentes quosdam subscribere mea sub ea
 permissione fecerunt; quia quod fuerat constitutum de dissimilis substā-
 cie nomine penitus abdicarent; quod etiam sunt mentiti, Similem vero
 esse patri filium per substantiam asserabant dicentes. necessariam
 similis adiectionem propter significationem substantiarum. Fide vero
 illam esse precipiendam per omnes ecclesias que seleucia fuerat promul-
 gata et exposita in dedicatione antiochene probat ecclesie. Depositos
 aut ab eis qui dissimilem patri filium asserabant. sedes proprias recu-
 pere decreuerunt. Siquis aut eos accusare vellet. equo hoc periculo
 facere sancuerunt. iudices esse decernentes episcopos recte sapientes.
 et de vicinis prouincijs in ecclesia conuenientes. ubi testes essent sin-
 gulorum qui dicerentur oppressi. Nec decernentes cum euocassent eu-
 doxium et qui cum eo fuerant. locum eis penitencie tribuerunt. Qui-
 bus obedire nolentibus que fuerant placita cunctis ecclesijs inti-
 marunt. Cuiusmodi crederet studere eudoxium ut vniuersa regalia sue
 partis faceret. et istis sine dubio derogaret. necessarium putauerunt
 ut precurrerent et que fuerant lamsaco gesta nunciarent. Reuenien-
 tem itaque valentem imperatorem de tracia. in heradia adierunt.
 fuerat enim cum fratre digressus usque ad quendam locum. Tunc enim
 eudoxius. iam apud principem atque proceres precipuus habebatur.
 Aduentibus ergo legatis a lamsaco missis. iussit imperator ne se-
 metipsum ab eudoxio separarent. Qui dum resisteret et de gestis con-
 stantinopolitanis apud seleucenum concilium habitis aduersus eu-
 doxium quererentur. motus ad iram princeps. illos quidem depu-
 tauit exilio. ecclesias autem eius iussit eudoxio. Ca. xiiij. Theodoricus
 Empore quo valens suscepit imperium. apostolicis dogmatibus
 ornabatur. Cum vero gothi transissent histrum et thaciam peragra-
 rent. collecta milicia pugnare cogitabat aduersus eos. Cui placuit
 ut non nudus sacra gratia dimicaret sed sancti baptismatis munitus
 armis. Et hoc quidem bene placuit. et valde sapienter. Quod si preea
 gessit. magnam animi mollicie et proditionem significat veritatis.
 Ea namque infelix passus est. que progenitor adam. Coniugis enim
 est seductus alloquio. et muliebribus verbis illaqueatus. Illam namque

primitus artiane fallacie captionibus irretita; etiam istum secum cor-
ruere in blasphemie foueam persuasit. Cuius seductionis auctor fuit
eudoxius. Is enim adhuc constantinopolitane gubernacula tenebat
ecclesie; non regens sed suam potius mergens nauem. Tunc ergo in ipso
baptismatis ipse iureiurando miserimum obligauit ut et in impieta-
te dogmatis permaneret et undique contraria sapientes expelleret. Sic
igitur ille doctrinam apostolicam derelinquens; contrarias partes sumpsit
et pro paululum quod iurauerat adimpleuit. Ca. xiiij. Sozo.

Vterea valens venit in europam, Metuebat enim ne forte pro se pacta
sub iouiniano triginta annorum facta soluerent. Qui cum nihil mouerent;
degebat in antiochia. Quo tempore meletium quidem episcopum de-
stinavit exilio; paulino vero veritus eius vitam perpercit. eos autem
qui eudoxio communicare volebant; ecclesijs expulit; pecunijs con-
demnavit. verberibus et alijs rebus afflixit. Ca. xv. Socrates.

Ita enim quod etiam multos in oratione flumine suffocasset Theodo-
samo satis autem sanctum eusebium expulit; pelagium mirabile
pastorem laodicensium urbe priuauit. Qui dum in iuuentute du-
xisset uxorem; in ipso thalamo prima die nuptiarum sponse persuasit
ut puritatem communi voluptati preponeret caritatemque fraternam ad-
ipisci pro copulis nuptialibus erudiuit. Ca. xvi. Socrates.

Cum hec autem in siria fierent; surrexit constantinopolim tira-
nus nomine procopius; qui paruo tempore multa sibi miliciam
coaceruans; festinabat aduersus imperatorem. Quod dum nunciatum
fuisse conturbatus valens paululum suum impetum remoratur. Cum
ergo belli euentus interea parturiret; terremotus factus multas diruit
ciuitates. Sed etiam mare terminos proprios immutauit; et in quibusdam
locis tanto potius inluxit ut loca que pridem ambulari poterant
remigarent. ab alijs vero locis tantum recessit. ut arida tellus inue-
niretur. Hoc ergo factum est; primo duorum principum consolatium.

Sequenti autem anno gratiani et dagalaifi consula: Socrates
tu; bella parabantur. Cuius tyrannus procopius de constan-
tinopoli digressus. castra moueret aduersus imperatorem audiens va-
lens venit ab antiochia et cum eo congressus est; circa ciuitatem fri-
giacoliam. Et prima quidem pugna deuictus est. Post paululum
vero procopium cepit; ira ventibus eum agelone gomoniogque militibus

Quos etiam postea in opinatis quibusdā supplicijs iussit expendi
 Despiciens enim iusiurandū qđ eis prebuerat : ferris diuisos crude-
 liter interemit. Tirannū vero duabus vicinis arboribz flexis . sin-
 gulos in eis pedes ei ligari fecit. Que dimisse aerem repetentes . p-
 copiū diuiserunt. Et hoc modo tyrannus interijt. xvij. Theo-
Eusebius interea samosatenus epus in traciā exilio deportat
 apostolicas laboribz defubabat. Is enim multas ecclesias de-
 solatas pastoribz esse conspiciens . habitu militari suscepto et cala-
 mauco caput operiens . siriā peragrabat et phenicem . pariter etiā
 palestinā . presbiteros ordinans atq; diaconos . aliq; ecclie reple-
 bat officia. Sicubi aut inueniret sibi concordēs epōs . eos presules
 egētibz constituēbat ecclesijs. Quātam vero fortitudinem sapien-
 ciam monstrauit . imperialem suscipiens iussione qua eum p̄cipie-
 bat in thrachijs habitare . necessariū arbitror nescientes agnoscere
 Venerat enī gerulus huiꝰ p̄ceptionis circa vesperam. Quē eusebiꝰ
 silentium haberet et aduentum sui celare iussit dicens. Si cognoue-
 rit hec turba sacri zeli amore flammata te quidē interimite . ego autē
 pro tua morte apud deum penas cogo: exsoluere. Cū hec dixisset ve-
 spertino consuete ministerio celebrato . circa ip̄a somni primordia
 vni famuloꝝ secretū pandens solus egressus est senex. Sequebatur
 itaq; famulus plumatinū tantūmodo et codicem gerens. Cūq; ve-
 nisset ad eufrates fluminis ripā. Iuxta ip̄os muros cunctatis expo-
 sitam ascendit in nauē et ad zeumā nauigarent. Iussitq; nautis ut
 remigarent. Factoꝝ die . ille quidem puenit ad zeumatis locū. Sa-
 mosate vero gemitibus et lamentatione cōpleti sunt. Nam cum ille
 seruis suis p̄ximis que iussa fuerant indicasset . et qui cum eo p̄ge-
 rent et quos codices detulissent . ingemiscebant vniuersi scilicet pa-
 store priuati fluiuiusq; nauigātibz atq; sequētibz est impletꝰ. Cū-
 q; venissent et desideratum pastorem cernerent amplius heulabant
 ac suspirantes fundentes q; lacrimarū fontes eum retinere nitebā-
 tur ne lupi eius oues incurrerent. Quē dum flectere nō valuissent
 auerūt eum legentem apostolicā legem . que aperte iubet nos p̄-
 cipibus et potestatibz esse subiectos. Quo factō . alij quidē obtulerūt
 aurum alij argentum . alij vestes . alij famulos . tanq̄m ad pegrinā
 et extraneā p̄peranti terrā. At ille pauca quevā valde notis accipiēs

doctrinisq; cunctos et orationibus suis armans. et p apostolicis dogmatibus ppugnare precipiens. ad histrū pfectus est. Ille vero ad urbem ppriam remeantes et alterutros exhortantes luporum circūspiciebant sapienter insidias. Hunc quoq; narrandus est. s; horū fidei calor et puritas. Puto enim me delinquere. s; nisi per hanc relationem illi semper memorabiles habeantur. Cum ergo arrianorū particeps egregio pastore nudassent gregem. s; aliumq; pro eo eunomium nomine fecissent episcopū. s; nullus illic habitātium nō pauper. non diues. s; non famulus non opifex. s; non agricola. non hortolanus non vir. non mulier. non iuuenis. non senex. s; ad ecclesiasticum accessit consuete collegiū. s; solusq; debebat epus. Tunc nullo eum neq; vidente neq; penitus appellante. s; licet feratur cum multa vixisse mansuetudine. Cui rei hoc probatur indicium. Cum enim voluisset lauare et eius famuli balnei ianuas obserassent. volentes q; ingredi phiberent ipse pplm ante ianuas vident eas aperiri pcepit. et libenter secū omnes lauacro participari. Hoc idem etiam in balnei dolio fecit. Nā dum lauandi sibi quosdam videret assistere. iussit ut cum eo cōmuniter aqua calida fruerentur. Qui tacentes assistabant. At ille honoris causa hoc fieri putans. s; velociter ascēdēs egressus est. Illi vero nequissime heresis immundicia. etiā aquā iudicantes esse pollutā. eamq; repente cuniculorū egestionibus tradiderunt. et alterum fecerunt dolium temperari. Quō ille cognoscens. relicta ciuitate discessit. inimicā habitare ciuitatē et horrorem habentē aduersum se cōmune arbitratus opprobriū. Quod de samo satis abeunte. lucium p eo apertum lupum et ouib; inimicū constituerūt. s; oues licet desolate pastore tamen que sunt pastoris operabantur. Permanserunt enī doctrinā apostolicā inuiolabiliter conseruātes. Quomō etiā lucium omnes habuerūt odio. alijs narrationibus explanabo. Adolescentes in platea speram alterutris porrigentes. lusu delectabantur. Isto autē transeunte. contigit ut spera cadens p asini eius transiret pedes. Tum pueri vehementer heulauerūt. arbitrati speram pollutione cōpletam. At ille hoc intelligens. iussit alicui sequentiū ut sustineret et qd gerebatur agnosceret. Pueri vero accendentes ignē. et speram iaculantes per mediā flammā hōmō eam arbitrati sunt expiatam. Et hoc quidem esse noui iuuenile. et

796
consuetudinis antiq̄ reliquas ; verūtamē in dicitū. qđ possit ostendē
quale odiū circa arrianā vesaniā ciuitas habuerit vniuersa. Ve
rum lucius māfuetudine non est imitat⁹ eunomiū ; h̄ multos qui
dem sacerdotū fecit p̄ iudices exilio deportari, Eos p̄cipue ; qui vi
riliter pro sacris dogmatibus dimicabāt vsq; ad nouissimos roma
ni fines imperij. Euoluū diaconi ministerio functū heremū oasi ;
antiochū vero eusebij maximi generatione decoratū ; erat enī con
sobrinus eius et multis virtutib; coruscantē nec non sacerdotij di
gnitate fulgentē ; in armenie terminos destinare iussit. Cui⁹ opera
p̄ diuinis dogmatib; celebrata ; quis explanare sufficiat. Cū itaq;
vir sanctus eusebius post multa certamina innumerasq; victorias
etiā coronā martirij suscepisset. ouenit solemni modo puincie sino
ous. pariter et iouin⁹ pirrene tunc ciuitatis ep̄us. q̄ pauco tempore
arrianorū fuerat cōmunionē maculatus, Cūq; vniuersi antiochū
elegissent a vinculo p̄prio successorē. et ad sacrum p̄duxissent altare. et
genua ad ordinationē inclinare cōpellerent. conuersus et videns io
uinum suo capiti dexterā imponentē. manū eius repulit dicens. nō
esse ferendā dexterā. que aliquādo sacramenta blasphemijs celebrata
susceperat. Sed hec quidē non post multū temporis euenerūt. Nam
tunc enī in interiorē ut dixi ductus ē armeniā. Qua tempestate vir
sanctus. Eusebius morabat̄ apud hīstrū. celtis thraciā deuastātib;
et obsidentib; ciuitates. sicut eius scripta cōmemorāt. Barsinū q̄
cuius etiā nunc maxima gloria est. non solum in euissa quā rege
bat vicinīq; puicijs h̄ etiā in fenice et egipto nec nō thebaida. qua
gentes cum maximo virtutis sue splendore transierat. primo quidē
valens insulam aradi habitare p̄cepit. Cūq; cognouisset innume
ros ad eū occurrere p̄p̄orum. quia dū plenus esset gratia verbo egrē
tudes effugabat. in oxirinthum egipciacā orbem eum exilio desti
nauit. Cūq; etiā illic gloria eius omnes accenderet in qđdam castz
nouissimū barbaris vicinū cui nomen est feno senex dignus celesti
orbe deuctus est. Aiunt quidā in arado hactenus eius constare le
ctum. eximia celebritate dignū. Multi enim infirmantiū dum ī illo
collocantur. salutē fidei p̄cipiunt. Ca. xvij. Socrates.

Igitur imperator extincto procobio. felicitate p̄fectus uenit contra
xp̄ianos p̄elia cōmouebat. omnem religionem in arriano cupiēs

dogmate concordare. Precipue tñ eum ad furorem ꝑuocabat sino-
dus in lamisaco celebrata : non solum qꝫ arrianorꝫ abdicarat ep̄os :
s; quō ꝑmulgatiōez fidei arminensis anathematizauerat. Veniens
igitur nicomedia bitbinie : conuocauit eleusium cizicū. Is enī fase-
ciam macedonij potius sequebatur : sic iam dixi. Et faciens cōciliū
arrianorꝫ ep̄orꝫ : cogebat eleusium ut in illorꝫ dogmate consentiret
Qui primū quidem negauit. postea vero cum ei minaretꝫ exilium
formidatus in arrianū dogma consensit. Quo ꝑpetrato : moꝫ ꝑe-
nitencia tractus ueniens cizicū coram omni populo de uolencia qꝫ
rebatꝫ dicens. consensum uolencia non uoluntate factum : et ut
quererent sibi met aliū ep̄iscopum hortabatur : quō ip̄e ꝑ necessi-
tatem dogma ꝑꝑrium denegasset. P̄. 2. ro ciziceni ꝑꝑter amicitias eiꝫ
alio ep̄iscopō subdi noluerunt : manseruntq; sub ea : non tamen a
ꝑꝑria heresi ꝑmutati sunt. Hoc audiens constantinopolitanꝫ ep̄us
eunomiū in cizico ordinauit ep̄iscopū. tanquā qui posset populū
calliditate uerborum : ad suū circumuenire consensum. Descendē-
te siquidem eunomio sacris ꝑceptionibus expelli iubetur eleusius et
in sede eunomius collocari. Quo factō : amatores eleusij extra urbē
oratoriū fabricantes collectas ibi faciebāt. Nec ergo de eleusio dicta
sufficiant : nunc de eunomio referendum est. Ca. xix.

EVnomius notarius fuit Ec̄j qui sine deo uocabatur : cuiꝫ
memoriam fecimꝫ. Cum quo dum esset : modū eius sophisti-
cum imitatus ē. Et sermonibꝫ quibusdam uacans faciensq; sibi so-
phismata : non sentiebat ex his inflatus qꝫ in blasphemias incidēt
quippe dogma zelatus arrij : et multis modis repugnās dogmatibꝫ
uolentis. Parū quidē edoctus ex litteris sacris : et eas neq; intelligē-
ꝑualens. circa eas uero frequēt occupabat. Salsq; cōuertens semp
neq; ualebat intentionis sue ꝑpositum adimplere. sicut septē eius
demonstrant tom̄i. in quibus uanissime laborauit. Quos in eplā
apostoli ad romanos fecit. Multa enim illic uerba profundens in-
tencionem ep̄istole non potuit inuenire. Sūt etiam alij eius simileꝫ
libri. quos qui legere uoluerit. eorū contemptum experimētis agno-
scet. Hūc igitur eunomiū euoꝫtus in cizico fecit ep̄iscopum. expel-
lere nisus eleusium. Cūq; illic uenisset uicinis more solito dialectica
quasi ꝑgrinum aliquo auditoribus inferebat. Quāobrem cizici

117
tuma leus exortus est. cum ꝑ vrbe repulerunt. non referentes eiꝛ ver-
borum factum. Qui constantiopolim veniens cū eudocio morabat̃
episcopatu vacans. Sed ne detrahere videamur. audi vocē ipꝛ
eunomij que presumit contra deū sophismatibus loqui. Sic enim
ait. Deus de substantia sua nichil nouit amplius quā nos. neqꝫ est
illꝛ potius. nobis aut̃ agnita minus. Sed qꝫcunqꝫ de illa nos no-
uimus. hoc modis omnibꝫ etiam ille nouit. Qꝫ aut̃ rursus ille. hoc
inueniens immutabiliter in nobis. Nec quidem aliqꝫ similia eu-
nomius sophismata id est circūuentiones faciens. non sentiebat oc-
cumbere. Quomō autem ab arrianis paulo post segregatꝫ est. ꝑꝑo
loco narrabimus. *Ca. xx. Sozomenus.*

Vexabantur enim etiam constantiopolim habitantes. qui
nicenum dogma ꝑfitebantur. Quos omnes impator expelli
ciuitate ꝑcepit. nouatianorum vero etiā ecclesias claudi. Alioꝝ vꝫ
hereticꝫ qꝫ clauderet non inueit. Dudum enim sub constancio ꝑi-
cipe probantur ablate. Sed etiā agelium nouatianꝫ epꝫ ecclesie
constantinopolim constitute exilij deportatione damnauit. Dicebat̃
enim mirabiliter conuersari scōm ecclesiasticas sanctiōes. cuiꝫ vita
erat philosophica et pecuniarū possessione segregata. Qꝫ etiam
conuersaciōis eius qualitas ostendebat. Vna enim tunica vꝫbat̃.
et semp ambulabat ex calciatus. Qui non longo post tempore reuo-
catus est. ecclesiaꝫqꝫ recepit. Cuiꝫ rei fuit auctoꝝ quidam marcianꝫ
vita scientiaꝫqꝫ mirabilis. dudum quidem in regalibus militans.
tunc aut̃ presbiter nouatianus. artem gramaticā imperatoris filias
doccebat anastasiā atqꝫ carosam. Ex quarū nominibus hadenus
anastasiane et carosiane lauacra publice constantinopolim nūcu-
pantur. *Ca. xxi. Socrates.*

Situr impator valens calchidonensis orbis contra bizanciū posi-
te muros destrui iussit. Iurauerat enim hoc se facturū tyranno victo
qꝫ calchidonenses fauore tyranni ei turpes contumelias intulerunt.
et portas clausere ciuitatis. Muros ergo iussione destruebat impera-
toris et saxa ad edificū thermarū que constantin vocantur constā-
tinopolim uehebantur. inter que saxa vnū inuentum ē. in quo re-
sponsum habebatur inscriptū. olim quidem absconsum tunc vero
manifestum. Significabat enim. qꝫ dū ꝑueniret aquarū abūdātia

ciuitati s tunc murus quidem lauacro seruiret . Innumere vero barbarorum nationes romanorū finibz discurrentes s dum crudelia multa cōmitterent nouissime aut etiā ipi perirent. Post aliquantū itaqz temp? euenit . ut valens aqueductū edificaret s et abundantia constantinopolim preberet aquarum, Tunc etiā barbare morte sūt nationes. Responsum tñ etiā alio modo contigit adimpleri. Cum enī aqueductus in ciuitate fuisset inductus s prefectus orbis tunc clearchus nymphēū maximū edificauit in platea que theodosij nūc vocatur . ubi aque affluentia est emissa s in quo maximā festiuitatem ciuitas habuit. Sed hoc responū post paululum est impletū . Porro dum solueretur murus s principem constantinopolitani rogauerunt . ut a muri destructione cessaret, Cū quibz etiā supplicabant possessores bithinie nicomedienses atqz niceni, Verū impator furore plenus vix quidem supplicantiū suscepit preces . volens tam iurandū implere murum destruebat . eumqz subinde minoribus lapidibz rursus edificabat, Qd nunc etiā in quibusdā muri partibus inuenitur . ubi maximis mirabilibus qz lapidibz vilis tūc fabrica sup posita demonstratur. *Socrates.*

Hoc itaqz tempore talia gerebantur. Sciendū tamen . qz bellū cōn p̄copium tyrannum egestum est consulatu gratiā s ad galatiā circa terminum maij mensis. *Ca. xxij*

Post paululum vero tempus eodem consulatu . valentiniano principi in occidentis partibz constituto . natus est filiū nomē referens patris. Verū gratianus ante ei? fuerat natus impium. Et sequenti consulatu lupicini . et iouiniani . grandinis multitudo in constantinopolitana ciuitate scda iunij mensis die saxoz gerēs silitudinem uehementē effundit. Qd multi dicebant . ppter motū impatoris accidere . qui plurimos sacerdotū exilio deportauerat . euzoxio cōmunica re fugientes. Post paululū vero temp? eodē consulatu valentinianus princeps filiū gratianum impatorem constituit . vicefima quarta die mensis augusti. Sequenti vero consulatu . valentiniani scdo et valentis itē scdo terremot? circa bithiniā maximus . niceā subuertit urbē . vndecio die mensis octobris. Agebatur enī m ann? duodecim? post nicomedie casum. Post paucum vero temp? alio terremot? multe partis germanie ciuitates in ellepōto ostitute

destruere sunt. His ergo ita puenientibus nulla reuerentia terruit. neq; eudoxium arrianorum episcopum. neq; valentem impatorem. Non enim a persecutione cessabant. Porro terremotus turbas ecclesiasticarum indocium esse videbat. Cum ergo multi sacerdotum exilio portarentur. sola diuina prouidentia propter eminentem sui reuerentiam. exilium non sunt passi basilis atq; gregori. Quorum aliter quidem cesarie cappadociae fuit episcopus Gregorius aut nazanzene ciuitatis omnino vilissime. quae est posita uicinia cesariae. De basilio atq; gregorio praecedenti sermone narrabimus.

Quoniam eo igitur tempore consubstantialitatis dogma Ca. xxij. ascriptentes vehementer affligerent. rursus persecutores contra macedonianos in surrexerunt. Qui terrore magis violentiague constricti per singulas ciuitates legationibus fungebant. Apud alterutros indicantes. ut per necessitatem confugere deberent ad fratrem impatoris. et ad liberium romane urbis episcopum. cuius fidem amplectebantur potius quam communionem eudoxij. Miserunt ergo eustachium sebastiae ciuitatis qui fuerat sepe depositus. siluanum tarsum ciliciae atq; theophilum. Mandantes ne declinarent fidei causa liberium. sed romane communicarent ecclesiae et fidem de consubstantialitate roboraret. Hi siquidem cum litteris in seclutia dispositis. italiam puenerunt. Et impatorem quidem videre non potuerunt. erat enim occupatus in gallijs. et contra sauromatas dimicabat. Liberto tamen epistolam obtulerunt. Qui eos suscipere nullatenus uoluit dicens eos arrianos esse. Nec ab ecclesia suscipi posse. quod nicenam non suscipient fideem. At illi responderunt. per penitentiam se cognouisse ueritatem. et dudum abnegasse dissimilitudinis fideem. et similes professos per omnia filium primum nichilque differre a consubstantiali per omnia simile. Nec dicentes. exegit liberius scriptam suae sententiae dari professionem. At illi libellum porreperunt. in quo etiam preposuerunt uerba fidei niceni concilij. Epistolas ab smirna in asia constituta. et pisidia isauriae atq; pamphilia. nec non licia factas. hic propter multiloquiū non scripsi. uerba uero libelli ab eustachio et reliquis liberio dati. haec esse noscuntur Ca. xxij. Dno fratri et consacerdoti liberio eustachij. theophilus. et siluanus in dno salutem.

Propter hereticorum uelanas suspiciones qui non cessant catholicis ecclesijs scandala generare. ea gratia omnem occasionem eorum primates ascriptemur sinodum iamsaco celebratam et smirna alijsq;

diuersis locis orthodoxorum episcoporum pro qua synodo legatione fungentes apud
tuam paternitatem et uniuersos italie cunctosque occidentis episcopos litteras
deportamus: catholicam fidem tenere atque seruare uolentes quam in sancto ni-
ceno concilio sub beate memorie constantino. a trecentis decem et octo
episcopis confirmata. perfecto et immobili statu hactenus et impetu permanebit.
In qua consubstantialitas sancte pieque definita est: contra
arrii prauitatem. Similiter quoque nos cum predictis eandem fidem tenuisse atque
tenere usque ad terminum custodire manu propria protestemur condemnantes arrii
impiamque doctrinam eius cum discipulis suis et eius similia sapientibus. Nec
non omnem heresim. sabellianos. patristianos marcionistas Fotima-
nos. marcellianos simul etiam paulo samosatenos eorumque doctrinam
omnes que his similia sapientes et uniuersas hereses sancte fidei preiudice
contrarias que pie catholice que est in niceno sanctis patribus explanata ana-
thematisantes precipue explanacione lecta marimensi concilio tanquam
contrariam preiudice fidei sancti concilii in nicea urbe celebrati: cuius lectio
plata in urbe tracie nicee dolo atque periurio capti constantinopolim
subscriperunt. Est autem fides nostra: et eorum pro quibus legatione fugimus
hec. Credimus in unum deum patrem omnipotentem omnium uisibilem inuisi-
bilemque factorem et in unum unigenitum deum dominum ihesum christum filium dei
natum ex patre. hoc est ex substantia patris. deum ex deo. lumem ex lumine. deum uerum
ex deo uero natum non factum consubstantialis patri: pro quem omnia facta sunt
que in celo. et que in terra: que propter nos homines. et propter nostram salutem de-
scendit de celo et incarnatus est et homo factus passus et resurrexit. Tertia
die ascendit in celos. et uenturus est iudicare uiuos et mortuos et in spiritum
sanctum. Eos autem qui dicunt fuit quando non fuit. et antequam nascere non fuit
et qui ex non existentibus factus est. aut ex altera essentia uel substantia dice-
tes esse. aut conuertibiles aut mutabiles filium dei anathematizat catho-
lica et apostolica ecclesia dei. Eustachius episcopus sebastie ciuitatis et the-
ophilus et siluanus legati conciliorum iamsaci smirne et reliquorum hanc pro-
fessionem manibus nostris et propria uoluntate scripsimus. Siquis autem propter
expositam a nobis fidem contra nos uel eos a quibus directi sumus aliquod
crimen inferre uoluerit cum litteris tue sanctitatis ad quos perbaueris
orthodoxos episcopos dirige. Et apud eos nobiscum causam dicat. et si quis
criminis fuerit probatus. in auctore procul dubio uindictam. Hoc itaque
libello legationis obligas liberi. eos in comunione suscepit. Quibus

dans huiusmodi litteras abire precepit. Ca. xxv.

Epistola liberij rone pontificis ad macedonianos episcopos per presbiteros.

Omnibus sanctissimis fratribus et sacerdotibus eustachio cirillo hiperi-
 cio heroni helpidio maximo eusebio eucarpio et ortasio ne-
 oni eumathio faustio proclino pasinico arsenio severo didimio
 briattanio calligrati damabio edisso eustochio ambrosio gelonio
 parvalio macedonio paulo marcello heradio alexandro abolio
 marciano sthenelo iohanni macerio charisio siluano photino an-
 tonio autho cello eufranoni milesio patricio seueriano eusebio eu-
 molpio athanasio diofonto in modoro Diodi crisampelo eugenio
 eustachio calligrati arsenio eugenio martirio ieracio leonio phi-
 lagrio lucio et vniuersalis orientalibus orthodoxis liberis episcopus et oc-
 cidentales episcopi in domino salutem. Optabile nobis pacis atque concordie
 gaudium vestre littere detulerunt. Fidei lumine resplendentes fratres karissimi ob-
 late nobis per karissimos fratres et eos episcopos eustachium siluanum atque theo-
 philum et maxime quia vestram sententiam vestrosque sensus concordare et
 consonare cum mea humilitate et italibus atque occidentalibus vniuersis
 affirmauerunt atque demonstrauerunt. Et hanc esse cognoscimus catholi-
 cam et apostolicam fidem que usque ad nicenum concilium integra immobi-
 lisque seruata est. Hac ipse se tenere professi sunt gaudioque repleti et omne
 vestigium ac nebulas inepte suspicionis abijcientes non solum sermo-
 ne eam sed etiam scriptura currente professi sunt. Cuius exemplar bis lit-
 teris subdere necessarium iudicauimus. Ne ullam occasionem hereticis ad
 exercendas insidias denuo relinquamus. Quibus iterum flammam prope
 malicie commouentes incendia discordiarum consueuerunt resuscitare. Nec in-
 super sunt professi karissimi fratres nostri eustachius siluanus atque theo-
 philus vestram caritatem semper hanc fidem habuisse et hanc usque ad terminum
 custodire. id est in nicena urbe a trecentis decem et octo episcopis orthodoxis
 ad probatam quam profecta continet veritatem et os totius heretice multitudinis
 obstruit atque dissoluit. Non enim spontaneo motu sed nutu diuino ratio-
 num episcoporum numerus aggregatus est contra vesaniam arrii. quanto magis
 beatus abraham tanta milia fide destruxit. Que fides dum in substantia et
 nomine consubstantialitatis continetur velut quoddam minutissimum
 et inexpugnabile castrum omnia iacula et molitiones arriane incre-
 dulitatis decenter euitat. Cum igitur omnes occidentales episcopi arimio

congregati quando eos arrianoy collegit insania quodam suasioe
aut ut verius dicam mundana potentia. hoc qd cautius erat in fi-
depositum auferre aut oblique denegare conati sunt. tamen nichil
eoru calliditas pfuit. Nam pene omnes couenientes arimino tunc
terrore promoti atq; decepti nunc resipiscetes et anathematizantes
eos qui ibi couenerunt. aut subscribentes catholice fidei. q in nicena
sanctita est nobisq; comunicates. feruetius contra arrij dogma ei?
q; discipulos inflammatur. Cuius rei indicium etiam ipi legati ve-
stre ciuitatis agnoscentes. vosipos in sua sub scriptione iunxerunt
anathematizates arriu et que ab ei? sequacib; arimino gesta noscu-
tur contra fidez in nicena urbe sanctita in quib; etiā vos capti per-
iurio. sub scripsistis. Vnde consequens nobis visū est scribē carita-
ti vestre et adiuuare iusta poscentes. Maxie q; p pfessione vestroz
legatoz resipiētes orientales. cū orthodoxis occidentalib; concordare
cognouim? et significam? ut noueritis blasphemias ariminenfis qui
tunc videbant p subreptioz maculati nūc anathematizatos et vni-
uersos ad nicenā respirasse fidē. Qd oportet p vos omnib; indicari
quaten? possint qui violentē lesi sunt aliquādo ab hereticis tenebris
ad diuinum lumen catholice libertatis accedere. qui post hanc sino-
dum nisi voluerint respuere venenum pfidie. et blasphemias arrij
vniuersas abicere. easq; anathematizare cognoscant se cum arrio
eiusq; discipulis ceterisq; serpentibus. siue sabellianis v? patropal-
sianis aut cuiuslibet alterius heresis socios esse et cōmune priua-
tos ab ecclesiastica synodo que ad se filios adulterij non admittit.
Deus vos incolomes custodiat fratres hmi. Has litteras eusta-
chius ceteriq; pipientes rursus ad siciliam deuenerunt. ibiq; faciē-
tes synodum siculorum episcoporum. coram ipsis consubstantialita-
tis fidem professi sunt. Cūq; nicenam fidem roborassent consonas
ab eis quoq; percipientes epistolas ad eos a quibus fuerant destina-
ti reuersi sunt. Qui liberij precepta percipiētes legationes mittebāt
per ciuitates apud presules. et consubstantialitatem fidei predica-
bāt. inuitātes eos ut i tarsū cilicie parit ouenirēt. qten? nicenā robo-
rantes fidē. de cetero soluerēt omnē otētiōz. Que fieri potuerūt. nisi
eudoxius arriane religionis pful. tunc apō impatorē eminēs valde

omnino qd aliquid dicitur in hunc modum. Quidam tamen dicitur in hunc modum.

phibuisse. qui apertius propter indictum iter ad tarsum accensus mala in eis potiora commisit. quia vero macedoniam per legatos quos miserant communicantes liberio in cenam confirmaverunt fidem. ipse sabini in collectione sinodalium est professus. Ca. xxvi.

Circa hec itaque tempora eunomius ab eudoxio separatus seorsum agebat missas. quod dum sepe rogasset ut susciperet preceptum eius etiam eudoxius non audiuit. Hoc autem non ideo refutavit quia sectam declinabat etiam. cum eam seque proicicaret sed quomodo omnes unanimes illi eum secte alterius fatebantur. Illa ergo causa fuit ut ab eudoxio separaret eunomius. Nec igitur constantinopolim gerebat. xxvii.

Deinde alexandria preceptum prefectorum studio eudoxii destinatum. conturbavit ecclesiam. Verum athanasius in rationabile furorē populi metuens. atque timens ne malorum faciendorum ipsa causa esse videretur. quatuor mensibus semetipsum in sepulcro patris abscondit. Cuius propter eius absentiam seditione desiderio ipsius populus excitasset agnoscens valens imperator propter hoc alexandriam esse turbatam leturis indicavit ut athanasius licentē tenet ecclesias. Et hec fuit causa ut usque ad athanasii mortem alexandria non turbaretur ecclesia. Quia vero post eius mortem. rursus arriani eas ecclesias invaserunt. narrabo post pauca. Capitulum xxviii. Sozomenus.

Illo siquidem tempore celebrabat concilium in tyanis ab eusebio episcopo cesarię cappadocię. athanasio. ancire. vel elagio. laodice. zenone. tarfi. paulo emeseno. ostresio meletinense. et gregorio. nazazeno. aliisque multis quod verbum consubstantialitatis servandum esse apud antiochia. louiniam imperatore decreverunt. et relegunt ibi liberio et occidentaliū littere sacerdotum. Quomobrem gaudio repleti scripserunt uniuersis ecclesijs. ut legeret decreta episcoporum apud asiā celebrata. et liberio litteras italorumque afrorum atque gallicanorum necnon siculorum. Detulerant enim horum litteras legati de lam sacro destinati ut considerarent omnium numerum sibi met concordantium. Plurima namque multitudine concilium ariminense vicebant. pariterque scripserunt ut in tharsum cilicie venirent certa die. Et illi quidem hoc modo alterutros inuitabant. Cuiusmodi sinodus pareretur in tarsum convenientes. in antiochia carie quasi triginta quatuor asiani pontifices studium quidem concordie ecclesiastice collaudabant. consubstantialitatis vero nomen respicientes. fidem in antiochia et seleucia

prolatā roborare nitebant. tanq̄ lucia martiris existentē et multoz
suoꝝ a suis p̄genitoribꝫ approbatā. Verū impator studio eudo-
xij sinodū in scilia celebrari p̄hibuit. Ca. xxxix. Socrates.

Sicut impator valens festinans ad antiochiam de constantinopoli
digressus venit in nicomediā. et illic huiusmodi causa moratus est
Eudoxius enī arriane religionis presul. mox p̄ egressū impatoris
defunctus est. consulatu valentiniani et valentis tercio cū vñdecī
annis sedem constantinopolitane tenuisset ecclie. Quāobrem arri-
ani in locum eius ordinauerūt dimophilum. Verū predicatorēs cō-
substāntialitatis. oportunū iudicantes. inuenisse se temp̄. euagriū
quendam sue fidei constituerūt episcopū quem ordinauit eustachiꝫ
dudum antioceꝫ ep̄s. qui prius quidē a iouiniano fuerat exilio re-
uocatus. tunc aut̄ aderat in vrbe constantinopoli latenter degens ut
constitāntiales p̄dicatores sua presentia roboraret. Hoc factō ex alio
rursus initio p̄secutionē arriani mouebant. Nec gesta dū pue-
nissent ad principē. metuens ne seditione ciuitas turbaret. militarē
manum a nicomediā constantinopolim destinauit. p̄cipiens ut te-
neretur et ordinatoꝝ et ordinatus et alter alibi mitteret̄ in exilium.
Eustachiꝫ igitur in biza thracie ciuitate mittitur. euagrius in locū
aliū destinatur. His ita gestis arriani amplīꝫ efferati vexabant
vehementē orthodoxos cedentes cōtumelijs. agētes carceribꝫ recludē-
tes pecunijsqꝫ sepe damnificantes et om̄ia contra eos faciētes impor-
tabiliter. Que dū illi ferre nō possent. ad supplicandū principi ve-
niebant. si quomodo mererentur violentias euitare. Sed hoc cogi-
tantes valde frustrati sunt. ab iniusto se arbitrati iusticiā p̄mereri
Cunqꝫ viri electi ex ecclesiastico collegio octoginta numero quibus
p̄erant orbasus. theodorus. et menedemus in nicomediā puenissent
p̄ces obtulerunt impatori violentiā p̄clamātes et ea que videbant̄
e se perpressi. Ca. xxx.

Indignatus igitur impator ad p̄ns celauit iram. latenter aut̄ mo-
